

## LIB. XI. PAND. Tit. I.

## De interrogationibus in jure faciendis, &amp; interrogatoriis actionibus.

interrogationes  
confide-  
rentur vel  
ex Jure

Civili,  
&

*Factae sunt in jure* (sive apud Magistratum majorem ante litem contestatam) ubi actor reum de jure. *I. i. §. i. ff. b.* (e.g. ex qua parte haeres esset mutui nomine conveniens) aut conditione ipsius (e.g. an hereditatem adiisset. *I. 2. ff. b.*) interrogavit, ut onus probandi conditionem rei & plus petitionis metum declinaret. *I. i. pr. §. i. l. 2. l. 3. ff. b.* Haec interrogations obligabant reum ad respondendum, atque ex responsione sua tenebatur. *I. ii. §. 2. ff. b.* *Produxerunt Actionem Interrogatoriam* prætoriam. *I. 2. ff. b.* personalem ex quasi contractu. *I. ii. §. 9. ff. b.* quæ data est illi, qui in jure interrogavit, adversus eum, qui interrogatus est, ad præstandum id, ad quod respondendo se oblitrixit. *I. 4. j. L. ii. §. 2. 5. 7. ff. b.* ista autem *actio jam tempore Justiniani in desuetudinem abierat*, quia nemo cogebatur ante judicium de suo jure respondere. *L. i. §. 1. ff. b.*

Hodier-  
no, &  
fusci-  
piun-  
tus vel

*Judice*, in quacunque parte judicii, etiam ex officio. *a. L. 21. ff. b. R. J. d. A. 1654. §. 41.* die weil aber auch. *clem. 2. d. V. S.* *Quemadmodum interrogations vero ab ipso prudenter adhiberi queant, vel ad amicabilem compositionem promovandam.* v. ap. Schilt. ad π. Ex. 7. tb. 39. 40. vel ad litem celeriter decidendam. v. ap. eund. Ex. 10. tb. 4. 5. Confer. de J. Sax. El. Res. Gr. d. A. 1653. 57. von Justitiæ Sachen. gr. II. 12. 13. 14. 15.

à Parti-  
bus per  
Posi-  
tio-  
nes, que

*Sunt particulares narrationes ejus, de quo controvertitur, propterea exhibitæ, ut* adversarius ad singula ejus capita respondeat veritatis eliciendæ gratia.

*Positiones in specie*, & sunt fundamenta libelli ab actori particulatim proposita, ut reus ad eadem respondeat, & confitendo actorem à probandi necessitate liberet. *Illas qui exhibet, ad juramentum dandorum se offerre, atque a reo juramentum respondendorum desiderare potest.* R. J. d. A. 1654. §. 41. alterutrum jusjurandum præstantes has positiones, ratione factorum propriorum iis comprehensorum, veras, ratione alienorum probabiles (per verbum credo) esse jurant, idque juramentum per Procuratorem rectè persolvitur. O. C. Part. I. t. 69. seqq.

*Defensionales*, & sunt fundamenta defensionis à reo particulatim proposita, ut actor ad eadem respondeat, & confitendo reum à reprobandi necessitate liberet. R. I. d. A. 1654. §. 49. Hasce positiones à parte actoris una cum libello, à parte rei unâ cum exceptionibus commodissimè insinuandas, citra concessionem specialium terminorum, in Camera nondum esse usurpatas recensuit Blum. Proc. Cam. t. 68. n. 1. Rhet. Inst. J. P. I. 4. t. 16. §. 1. Rationem infrequentæ à deficiente earum necessitate. d. R. J. §. 34. specificaque litis contestatione exacta. d. R. J. §. 37. deducere licet, *additionalis autem aliaeque positiones*, præter has & probatoriales, penitus sublatæ sunt. d. §. j. §. 34.

*debent esse breves, pertinentes & perspicue*, quod si adversarius ad eas vel nihil vel obscurè responderit, ratione illarum pro confesso haberi potest, disputatione super responcionibus abrogata. d. R. §. 49. j. c. 2. de confess. 6. ita tamen ut judex arbitrio suo ad positiones responcionem parti imperare queat. d. R. §. 41.

*Offeruntur una vice, qua-* Dilatorias ante litem pure contestatam. d. R. I. §. 37. j. tenus concernunt Ex- Laut, ad π. h. tb. 13. ceptions Peremtorias post litem contestatam ante probationes. d. §. 49.

*In foro Saxonico non sunt in usu.* Schilt. ad I. t. d. Offic. jud. n. 37. Differunt ab Articulis Probatorialibus: illi enim exhibentur non ut adversarius ad eos respondeat, sed ut, in ipsa litis contestatione vel etiam in responcione ad positiones, negata per testes vel documenta probentur. d. R. J. §. 49. 50. Conf. Richt. des. 119. n. 13.

I. Ob-